



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 103. Clerici seculares exempti, qui in patibus iudices, aut
conservatores non habent, coram quibus experiri aut conveniri possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

neri ubi Divus de reg. iur. in 6. l. regula ubi Decius ff. eod. tit. absurdumque esset regulares esse iudices & partes propria in causa. gloss. d. cap. volentes §. in eos autem verb. quoniam ad ista de privileg. in 6. Signanter vero cum accessus ad Papam est difficilis, ut eodem in tractatu ostendi, lib. 4. quest. 50. & quest. 51. Navar. cap. contingat Remed. numer. 3. vers. & non facili est ad Papam recursus de rescriptis.

QUESTIO CIII.

Clerici Sæculares Exempti, qui in partibus iudices aut conservatores non habent, coram quibus experiri aut conveniri possint.

S U M M A R I U M.

1. Cleri alii sunt proprii, alii suffraganeorum.
2. Archiepiscopus quid possit in Clericos suffraganeorum.
3. Episcopus quid in Clericos sua Diocesis etiam exemptos possit, tam in criminalibus quam civilibus casibus & numero 5.
4. Hospitalia sub Regum protectione constituta an subsint Episcopo.
5. Conservator est iudex Exemptorum in causis Civilibus.
6. Exempti non habentes certum iudicem, subiacent oratorum.
7. Concilium Tridentinum si non sit receptum, quid iuris.
8. Periculum si sit in mora, sequantur exemptiones.
9. Dispositio recipere interpretationem a verisimili mente disponentis.
10. Dispositio restringi debet, ne quis debite damnum patiatur.
11. Exemptio quæ sit alteri damnum cessat.
12. Exempti in prima instantia Romam evocari non possunt.
13. Privilegia sunt reciproca.
14. Exempti possunt à suis creditoribus coram conservatoribus Exemptorum conveniri.

Clericorum hic facio duplicem speciem, alii enim sunt Clerici proprii, alii suffraganeorum. Proprios Clericos voco eos, qui de jure communi immediate alicui Episcopo aut Archiepiscopo, Primate, Patriarchæ subiacentur, de ejusmodi enim propriis facit quilibet etiam Archiepiscopus aut Patriarcha pro ut quilibet Episcopus in sua Diocesi, Clerici vero suffraganeorum dicuntur, qui sunt in Diocesi immediata alicujus Episcopi, ita dicti respectu Archiepiscoporum, Primate-

quo, Patriarchatum, quibus jure communi certis quibusdam ex causis subiciuntur. Quod itaque attinet ad clericos suffraganeorum, si Archiepiscopus velit in Diocesi suffraganeorum exercere quaedam honoris causa vel celebrare, predicare, crucem deferre, publice benedicere, poterit. *Clem. Archiepiscopo de Privilegiis ubi DD.* Hac enim & similia quae magis honorem quam jurisdictionem designant, ei permittuntur. *Primum de preeminencia Archiepiscoporum num. 20. 24. 55.* veluti honorificam cathedram erigere per Provinciam. *gloss. cap. limoso 23. quest. 2. late Quarta de autoritate Archiepiscoporum n. 10. vers. non sunt num. 12. & seqq.* In actu voluntario suis ministris uti juxta tenorem privilegii arg. cap. porro de privileg. non poterit tamen oblationes recipere, quae in sua celebratione offeruntur, quia ex ad loci illius rectorem pertinent. *Card. d. Clem. Archiepiscop. in pr. num. 11.* Quod si ex Decreto Conc. Trid. sess. 24. cap. 3. visitatio Provinciae ad Archiepiscopum pertineat, eo casu possit subditos absolvere. *cap. fin. de censibus in 6. & alia facere, quae ad visitationem spectant. d. cap. 3. sess. 24.* Si vero Archiepiscopus procedere vellet per modum jurisdictionis metropolitanae contra exemptos invitos, tunc nec ordines condum jurisdictionis metropolitanae contra exemptos invitos, tunc nec ordines conferre, nec chrismare, nec degradare, nec Ecclesias, nec virgines consecrare, nec subditos gere, nec confessiones audire, nec Ecclesias, nec virgines consecrare, nec subditos eorum absolvere, nec indulgentias concedere poterit. *d. Clem. Archiepiscopo ubi etiam gloss. & glo. in cap. si Papa de privileg. in 6. veluti ubi supra numer. 2. Navar. cons. 12. de Clerico excom. ministr.*

Episcopus autem in propria Diocesi volens uti jurisdictione in Exemptis, videat an in criminalibus vel civilibus. Si in criminalibus, aut Ecclesia ejus cathedralis non est exempta, & tunc procedet juxta dispositionem Canonice, in cap. 4. sess. 6. Concil. Trid. aut est exempta, & procedat juxta Concil. Trid. cap. 6. sess. 25. de Reform. Roia diversorum part. 1. dec. 743. & part. 2. dec. 306. & 308. Si vero quaelibet sit de Ecclesiis aliis inferioribus à Cathedrali, aut versetur in exemptione personalis, ut sunt Palatini, vel regii Capellani, & tunc aut actu non serviunt aut, si actu non serviunt, non prodest eis talis Exemptio, quin teneantur ad residentiam in propriis beneficiis, quae residentiam requirunt. *Concil. Trid. sess. 24. cap. 11. & in criminalibus cognoscantur ab ordinario Conc. Trid. sess. 14. cap. 14. aut actu serviunt, & tunc aut pretendunt exemptionem & residentiam beneficiorum & non possunt etiam vigore Eugenianae constitutionis, cap. 1. in fin. sess. 23. aut sine hac obligatione & possunt, d. cap. 11. sess. 24. & in criminalibus cognoscantur à suo iudice, & examinentur ab ordinario. Si vero agimus de jurisdictione Episcopi in subditos suos civiles, & tunc aut procedatur cum eis per viam visitationis, aut alia via.*

Primo casu, si ea Ecclesia est subiecta Episcopo, sive sit commendata sive non, vel

vel quomocumque exempta, etiam si esset hospitale aut alius locus pius, poterit et
 visitare, qua de re vide quæ scripti alio in loco de iurisd. et ord. in exempt. lib. 1. quest. 21.
 lib. 4. quest. 57. per cap. 8. et 18. sess. 7. cap. 8. sess. 27. cap. 8. sess. 22. cap. 8. sess. 25. Nisi hos-
 pitalia & pia loca essent sub Regum immediata protectione d. cap. 8. sess. 22. Si vero
 Ecclesia vel Prælatus non solum essent exempti sed nullius Diocesis, & agitur de vo-
 cando eum ad Synodum, & tunc aut est Prælatus inferior Episcopo, & non cogitur
 venire ad Synodum. *Navar. conf. 11. de offic. ord. aut est Episcopus & teneretur aliquem
 vicinum Metropolitanum eligere semel, cuius synodo Provinciali interesse debet,
 & quæ sibi ordinata fuerint observare, salvis tamen eius privilegiis & exemptione
 in aliquibus, Conc. Trid. sess. 24. cap. 2. de Reform. qua de re vide plenius quæ superius
 notavi, §. 8. Scholio 205.* Si vero agitur cum Prælo vel Ecclesia nullius Diocesis,
 & in tali casu visitatio spectabit ad eundem Episcopum, cuius Cathedralis Ec-
 clesia, non autem ipsa Diocesis est proximior, si id constet & possit, alioquin ab eo
 Prælo etiam Sedis Apostolicæ delegato, qui semel in Consilio Provinciali electus
 nullius Diocesis vel ecclesiæ interim privabitur aut suspendetur, aut aliquo modo
 impediatur ab exercitio suæ jurisdictionis consuetæ in suos subditos ex congregatio-
 nis sententia. Quod enim non mutatur, stare non prohibetur. *l. precipimus C. de
 5 appell. Cum vero agitur de cognitione causarum civilium via ordinaria, & tunc aut
 isti Sæculares Clerici, Capitula certum iudicem in paribus deputatum habent, quem
 conservatorem dicunt & cum eis proceditur sicuti dictum est de Regularibus ex
 textu Conc. Trid. sess. 7. c. 4. quod limitatur non procedere in universitatibus & gene-
 ralibus Collegiis Doctorum & Scholarium, necnon in hospitalibus actu hospitali-
 tatem servantibus. Nam his salvæ sunt exemptiones. Conc. Trid. sess. 14. cap. 5. de Refor-
 in reliquis observanda erit forma supra dicta quo ad regulares, d. cap. 5. & juxta for-
 mam litterarum conservatorialium. At ubi isti exempti certum iudicem deputa-
 tum non habent, tunc quo ad omnes causas in prima instantia subduntur loci ordi-
 nariis. Conc. Trid. sess. 24. ca. 20. qua de re video quæ notavi superius, §. 13.
 Scholio 184. & pro causis matrimonialibus & criminalibus quæ aliàs erat sub cog-
 nitione Decani, Archidiaconi vel aliorum inferiorum, d. cap. 20. §. ad hac. Nisi hujus-
 modi inferiores jurisdictionem ordinariam exerceant in spiritualibus & temporalibus
 in Parochiis & in Parochianos privativè ab immemoriali tempore, ad Episcopos spe-
 ctabit, juxta DD. *Clem. Dioxesanus de vita & honest. Cler.* vel nisi esset de causis quæ
 apud Sedè Apostolicam sunt tractandæ, vel quas Summus Rom. Pontifex per speciale
 rescriptum manu sanctitatis suæ signandum cõmiserit vel avo, averit. Conc. Trid. c. 20.
 7 Quid autem hac & præcedente questione ac etiam in 27. hujus materiæ scriptis, causis
 exemptorum carentium in paribus specialibus conservatoriis seu iudicib. subici quo
 ad*

adeorum causas civiles ordinariis, id usu venire potest iis in locis, quibus Conc. Trid. est receptum, qua de re fuse scripti alio in loco, l. i. quaest. 50. de iurisdic. ord. in exempt. ut & sicubi Conc. Trid. receptum non est, cum periculum est in mora, vel ad Papam accessus est difficilis, multisque aliis similis categoriæ casibus, quibus tam exemptorum quam etiam eorum quibus cum exemptis negotium est, interest causam ordinario. Fel. cap. nonnulli in pr. vers. quod si accessus de Rescript. per Barib. l. mediterranea C. de annoni lib. 10. qua de re ego etiam quæ hæc tenent scripti non statim hic repetere, lib. 2. quaest. 45. & lib. 4. quaest. 50. & 57.

Fundaturque hæc conclusio optima juris ratione, sicuti enim omnis dispositio siue legatis, siue testamentaria, siue statutoria aut privilegiata interpretanda semper est, prout verisimile est disponentem aut eximentem respondurum, si interrogatus fuisset. Rote novissima dec. 333. nu. 12. part. I. Gabrielus com. conel. lib. 6. de Reg. juris conel. 10. ita & Pontifex exemptionem concedens, si interrogatus, num exemptos subijceret similibus in casibus exceptis, sub ordinariorum jurisdictione respondisset, confirmatur, quia dispositiones legum & hominum æquiparantur, l. si testamento l. si ff. de vulg. & pup. l. non impossibile ff. de pactis. Mauritius Gribaldus tract. de ratione studendi in iure lib. 1. cap. 18.

Cum autem omnis dispositio tam legis quam hominis restringenda sit, ne quis indebitè damnum patiat, l. i. C. de noxal. act. l. quoties C. de pract. nuper offer. Re- biff. ad const. Reg. III. de rescriptis nu. 165. Fel. cap. 2. de rescriptis, fit ut restringenda sit hæc exemptiones in casu, quo exempti non habeant certos speciales iudices in partibus deputatos, ut certis in casibus coram ordinario possint conveniri, vide supra §. 2. scholio 27.

Denique quando exemptio fit damnosa & alteri præjudicialis, amitti solet, cap. suggestum de decimis cap. si quid per de verb. sig. Abbas cum sua Apost. d. cap. suggestum & in cap. per novale de verb. sig. DD. l. ex facto ff. de vulg. & pup. & scripti lib. 3. quaest. 29. de iurisdic. ord. in exempt. fieret autem exemptio damnosa & iplis exemptis, & iis, quibus cum exemptis in prima instantia experiendum est, si statim in Romana Curia in magno sumptu experiri deberent, aut etiam cogerentur sæpe obleve & exiguum debitum impettare rescripta ad lites majore sumptu sæpe, quam res ipsa sit, de qua esse potest questio. Fel. cap. nonnulli in princ. vers. nisi partes gravarentur de rescriptis. uti alio in loco ostendi lib. 4. quaest. 87. hincque factum est, ut speciali privilegio tam in Hispaniis, Fr. ncia quam Belgio exempti in prima instantia Romam evocari non possint, sed coram propriis in patria iudicibus, quales solent esse eorundem conservatores, debeant conveniri, vide supra §. 13. scholio 184. Proinde cum privilegia soleant esse reciproca, deturque in eis retortio, l. 3. ubi DD. ff. quod quisque iuris & DD. supra citati, consequens est, ut quemadmodum exempti suos debitores coram suis

suis conservatoribus convenire possint, ita & ipsos posse à suis creditoribus coram
 eisdem conservatoribus conveniri, d. l. 3. ubi glo. & DD. Et quidem ita concludit Pe-
 trus Loricus in apicibus iuris tract. de privilegiis impetrati retortione, in hæc verba.
 Puto igitur te contra me si postulavi privilegia uti, etiam si non utat, l. si. v. v. s. ju-
 nam C. de fructibus & litium expensis l. 1. §. sed & si agant ff. de iudicis. In dubio autem
 ad sui postulationem aliquis privilegium habere præsumeret, cap. si meta de prob. in
 6. nisi bis concessum esset, §. deinde competens aub. de mandatis principum, secunda
 enim concessio si de prima mentionem faciat. Bald. l. C. de pecun. bon. sublati.
 clausula ex certa scientia æquipollet. §. & hoc vero iubemus. Aub. ut nulli iudicem,
 quæ clausula eum effectum habet, quem habet principis concessio proprio motu
 facta, glo. verb. literarum in fin. in cap. statutum de Rescript. in 6. Item si benemerita
 procellerunt, ex his præsumatur privilegium proprio concedentis motu con-
 cessum, l. si vero non §. idem Pap. ff. mandati. licet & quando illud per legis aut
 statuti modum concessum, l. si vero non §. idem Pap. ff. mandati. licet & quando
 illud per legis aut statuti modum concessum esset, glo. aub. actiones C. de suo Et
 cles. Ita ille.

Q U Æ S T I O C I I I I .

Conservatores an cognoscere possint in prima instantia non obstante disposi-
 tione Conc. Trid. sess. 24. cap. 20. de Refor.

S U M M A R I U M .

- 1. Conservatores cognoscunt in prima in-
stantia.
- 2. Explicatio Conc. Trid. sess. 24. cap. 20. de
Refor.
- 3. Conc. Trid. loquens de ordinariis, intelli-
gendum est de quibuslibet.
- 4. Jus antiquum non censetur sublatum,
nisi quatenus in novo exprimitur.
- 5. Reditio ad jus commune est favorabilis.
- 6. Quando tollitur jus alicui ex privilegio
quæsitum, reditio ad jus commune non est
favorabilis.

Conservatores in prima instantia posse cognoscere, quia ordinariorum iure
 censentur, ostendi superius, quæst. 3. & 4. Idque non obstante, Conc. Trid.
 sess. 24. cap. 20. de Refor. disponente omnes causas, in prima instantia tractari
 debere coram locorum ordinariis. Nam ut notanter ostendit Gregorius Sayrus
 in floribus decisionum lib. 1. tit. 17. de offic. del. dec. 1. & 2. & ante eum Marinus Navar.
 cons. 1. de offic. del. & laius cons. 9. de privilegiis, articulus ille Conc. Trid. non derogat
 Con-

